

adversis agnoscamus amorem patris flagellantis nos ad correctionem, et gratias agamus charitati qua diligit nos, ut filios, quos abdicare non vult, sed emendatos recipere. In prosperis aq̄ue gratias agamus illius bonitati, qua consolatur nos ut tentationum pon-

amus possimus sustinere: ita fiet ut tota vita nostra nihil aliud sit quam testimonium, declarans apud credentes et incredulos sapientiam, bonitatem, misericordiam ac veritatem Dei Patris, et Filii illius Jesu, et Spiritus sancti. Amen.

## ORATIO CYPRIANI ANTIOCHENI,

### PRO MARTYRIBUS.

HAGIOS, hāgios, hāgios, sancte sanctorum, Pater patrum nostrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus Apostolorum, Deus Prophetarum, Deus Virginum, Deus bene viventium, Deus credentium, Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi filii tui: te invocamus supplices, pariter et deprecamur, Fili unigenite, qui ex ore Altissimi procreatus es ante mundi dispositionem, et ex Mariæ sanctæ virginis utero per mysterium editus, orantibus nobis, sancti desiderii spiritale incrementum et integritatem cordis præstare dignare, ut lavaero saluari recreatum pectus a delictis carnalibus incoluæ persistat. Petimus fide illibata, mente incorrupta, devotione robusta, operatione seu dilectione continua, ut in Ecclesia sancta tua nos florere permittas: quoniam tibi flectimus genua et curvamus cervices, cui Angeli et Archangeli, millia millium Martyrum, chorus Apostolorum et Prophetarum gloria exsultant, cui omnes aves canunt laudes, linguæ confitentur cœlestium, terrestrium et infernorum: tibi omnes aquæ in cœlo et sub cœlo confitentur; te insensibilia sentiunt: tu es solus, et præter te et extra te nemo. Te quæsumus, Domine, Pater omnipotens, qui soli filio conspicibilis es, cujus Angeli et Archangeli obtemperant tibi, Domine Pater: te oramus ut tribuas nobis mentem integram, innocentiam puram, sinceritatem devotam, conscientiam sanctam, puram, sobriam,

castam, contra omnes insidias sæculi gloriosa fide degentem, contra diaboli minas et carnales illecebras munitionem pectus concedas, ne violenti et cruenti hostis lethalibus laqueis implicemur, ut signum salutis æternæ incoluæ perferamus. Pelle a nobis omnem sæculi illuviem omnemque diaboli persuasionem. Laqueetur, concidat, et superetur a nobis, et amoveatur, sicut a Sarra famula tua Asmodeus, dæmon nequissimus, extinctus per angelum tuum sanctum Raphael. Et sicut Tobie affuisti, ita mihi adesse digneris. Et ut tribus pueris in camino, et Danieli misericordiam præstitisti, sic circa nos famulos tuos facere digneris. Qui mortuos suscitasti, cæcos illuminasti, surdis auditum, mutis eloquia, claudis grossum, leprosis sanitatem dedisti, ita et da famulis tuis, qui te tota virtute mentis credimus natum, passum, venturum judicare vivos et mortuos. Assiste nobis, sicut Apostolis in vinetis, Theclæ in ignibus, Paulo in persecutionibus, Petro in suctibus. Qui sedes super septem thronos ad dexteram Patris, respice nos et libera nos de æternæ mortis interitu: unus in uno, Pater et Filio, Filius in Patre, Spiritus sanctus, per quem et cum quo est tibi in sancta Ecclesia honor, virtus, claritas, majestas, potestas, benedictio, immortalitas, et nunc et in æternum, semper et in omnia sæcula sæculorum. Amen.

#### VARIORUM NOTÆ.

*Cypriani Antiocheni.* Quis fuerat iste Cyprianus, Antiochenus magus et Justinæ amasius, infra dicitur.

Oxon.

*Soli filio conspicibilis es.* Mss. omnes et vet. exc. *conspicibilis.* Verum illud placet, quod similiter dixerit Prudentius: *coram refulsit ore conspicibilis.*

PAMEL.

D

*Innocentiam puram.* Morello rursus acceptam debemus vocem *puram*, et paulo post vocem *hostis*, ubi legitur *cruenti hostis*, alibi desideratas. PAMEL.

*Ut signum salutis æternæ incoluæ perferamus.* Iisdem pene verbis utitur etiamnum Ecclesia in cæremoniis Baptismi. PAMEL.

## ORATIO CYPRIANI ANTIOCHENI,

### QUAM SUB DIE PASSIONIS SUÆ DIXIT.

DOMINE sancte, Pater hāgios, Deus hāgie, et hāgie Deus meus, quis enim major te? tibi gratias et laudem refero, Deus Abraham et Deus Isaac et Deus

Jacob, Deus patrum nostrorum, Deus Apostolorum, et Deus Prophetarum, et Deus Martyrum, qui fuisti ante mundi dispositionem, Deus vivorum, venturus

#### VARIORUM NOTÆ.

*Deus Abraham.* Præmittit idem Gravius, *Deus Patrum nostrorum*, quod vulgo postponitur, quantum

PATROL. IV. S. CYPRIAN.

apparet; quia sic fere ubique Scriptura. Sed nobiscum legunt mss. PAMEL. (R)

judicare vivos et mortuos : qui es Deus verax, qui sedes super Cherubim et Seraphim sedem honoris tui, et prospicis abyssos : qui vides cuncta priusquam nascatore; qui habes potestatem occidere et rursus restituer; qui habes potestatem de arido viride facere. Tu omnium Dominus dominator, libera me ab hoc sæculo, et exaudi me orantem, sicut exaudisti filios Israel de terra Ægypti, et non tibi crediderunt, nec famulo tuo Moysi.

Væ peccatis meis ! Cum elevaveris confringere terram, sub qua fissura petrarum me absecurus sum ab ante virtutem tuam ? Cui monti dicturus sum : Cade super me : et cui colli : Tege me ab ante metum Domini, cum te levaveris confringere terram ? Rogo, Domine, subveni mihi : noli secundum actum meum me judicare, nihil enim in præceptis tuis parui. Exaudi me orantem, sicut exaudisti Jonam de ventre ceti, sic exaudias me, et ejicias me de morte ad vitam. Sicut Ninivitarum induerunt cinerem et cilicium, et poenitentiam egerunt ante Dominum. Exomologesin facienti ante conspectum tuum pro universis peccatis meis, qui es amator poenitentiarum, miserere mei. Sed et David dicit : Domine, propter nomen tuum dele peccatum meum. Et ego deprecans majestatem tuam : Dele universa peccata mea, et exaudi me orantem, sicut audisti tres pueros de camino ignis, Ananiam, Azariam, Mizaëlem : et misisti angelum tuum cum nimbo roris, et confusus est Nabuchodonosor præpositus regni : quoniam tu es Rex regnantium et Dominus dominantium, qui solus habes immortalitatem, et lucem habitas inaccessibleem, quam nemo hominum videt, nec videre potest. Exaudi me orantem, sicut exaudisti Daniëlem de lacu leonum, et misisti Abacuc prophetam, et attulit ei prandium, et dixit : Prande prandium quod tibi misit Deus. Et dixit Daniël : Non relinquet Dominus querentes se. Exaudi me orantem, sicut exaudisti Tobiam et Sarram dum orarent in atrio domus sue : tunc obtulit pro eis Raphael angelus orationes eorum : sic et tu exaudias preces meas, et admittas ad aulam sanctam tuam orationes meas, et continenter mittas Angelum tuum, qui deleat universa delicta mea, sicut delesti spiritum immundum a Sara filia Ragnel : et illumines cor meum, sicut illuminasti oculos Tobiarum. Exaudi me orantem, sicut exaudisti Susannam inter manus seniorum, sic me libera ab hoc sæculo, quia tu es amator puræ conscientiarum. Exaudi me orantem, sicut exaudisti Ezechiam regem Judæ et delesti ab eo infirmitatem : sic et a me auferas infirmitatem carnis, et angeas mihi ad fidem, sicut illi auxisti annos quindecim ad vitam. Libera me de medio sæculi hujus sicut liberasti Theclam de medio amphitheatro, libera me ab omni infirmitate carnis meæ.

Te deprecor, Pater majestatis, qui in fine temporum misertus es nostri, mittens nobis Jesum Christum filium tuum Dominum Deum Salvatorem nostrum, natum ex Maria virgine de Spiritu sancto, annuntiante Gabriele angelo, per quem nos liberasti de periculo mortis imminantis.

Et te deprecor, Filium Dei vivi, qui fecisti tanta mirabilia, qui in Cana Galilæe de aqua vinum fecisti, propter Israel : qui caecis oculos aperuisti ; qui surdos audire fecisti, qui paralyticos ad sua membra revocasti ; qui solvisti linguas blasphemorum ; demonio vexatos sanasti ; claudos, currentes fecisti velut cervos ; mulierem de profluvio sanguinis liberasti ; mortuos suscitasti ; super aquam pedibus ambulasti ; qui Petro labentem manum tradidisti ; qui mare fundastis, et hinc et inde te posuisti, et dixisti : Ille usque venies, et ter te confringes in virtute tua. Te deprecor Filium Dei vivi, propter universa commissa mea, qui es in caelis Filius in Patre et Pater in te in sempiternum, qui sedes super Cherubim et Seraphim, sedem honoris tui.

Tibi assistunt Angeli, Archangeli, numerus innumerabilis, timentes et paventes honorem et virtutem tuam, clamantes voce magna et dicentes : Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus sabaoth. Tu ipse nobis testamentum fecisti : *Petite, et accipietis ; pulsate, et aperietur vobis. Quodcumque a Patre meo petieritis in nomine meo, ego a Patre peto ut accipiamus. Ego peto, ut accipiam ; quero, ut inveniam ; ego pulso, ut aperiat mihi ; ego in tuo nomine peto, ut tu a Patre petas, et detur mihi.* Paratus sum propter nomen tuum victimam sanguinis fundere, et quodcumque tormentum sustinere. Tu es, Domine, auditor meus et defensor : defende me ab adversario meo. Angelus tuus lucis protegat me, quoniam tu dixisti : *Quod credentes petieritis per orationem, dabitur vobis.*

Omnis homo mendax, tu es verax. Sicut tu repro misisti, potestatem habes, Domine, dare mihi omne sacramentum tuum cæleste, ut dignus sim faciem sanctorum tuorum videre. Spiritus in me operetur, voluntas tua in me fiat : quoniam tibi spondi omnibus diebus vite meæ, qui passus es sub Pontio Pilato bonam confessionem, qui crucifixus descendisti, et conculcasti aculeum mortis. Devicta est mors, devictus est iniuriens diabolus. Tu resurrexisti a mortuis, et apparuisti Apostolis tuis : sedes ad dexteram Patris, qui venturus es judicare vivos et mortuos. Tu dominaberis, libera me de manu querentis animam meam. Per nomen tuum libera me ab adversaria potestate, ut opem des vincendi inimicum meum : quoniam tu es potens assertor et advocator precum et petitionum nostrarum animarum. Die ac nocte interpelles pro peccatis meis,

#### VARIORUM NOTÆ.

Qui habes potestatem occidere. Adjicio, occidere cum Morello ex ms. Adjicit autem præterea Gravius : qui habes potestatem mortificare, et jurare vivificare, sed non placet : alioquin enim bis id repetetur.

Ex ipso tamen addidi illud, et de viridi aridum.

PAMEL.

Ante Dominum. Hoc rursum ex Gravius. Omnis cum ms. paulo post, vocabulum et, superfluum,



orationem meam perferas ad Patrem tuum. Et tu, A Domine sancte pater, digneris respicere super preces meas, sicut respexisti super munera Abel. Digneris me liberare ab igne et pœna perenni, et ab omni tormento quod parasti iniquis : per bonum et benedictum Jesum Christum Salvatorem nostrum ; per quem tibi laus, honor, virtus, gloria, in sæcula sæculorum, Amen.

## DE MONTIBUS SINA ET SION

TRACTATUS IGNOTI AUCTORIS, ADVERSUS JUDÆOS.

I. PROBATIO capitulorum quæ in Scripturis deificis continentur, quæ in Veteri Testamento figuraliter scripta sunt, per Novum Testamentum spiritaliter intelligenda sunt, quæ per Christum in veritate adimpleta sunt. Nobis enim per Jesum Christum spiritalis intellectus datus est, ipso Jesu dicente : *Vobis quidem datum est intelligere sacramenta Dei, aliis autem in similitudinibus.* Invenimus in Evangelio *κατὰ* Joannem scriptum : *Lex per Moysen data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est.* Quæ lex Moysi in monte Sina data est. Verum iterum invenimus scriptum : *De Sion enim exiit lex, et verbum Domini ab Hierusalem.* Quatenus hoc intelligere debemus ? utrum Sina mons ubi a Deo Moysi lex data est, et Sion mons unde lex exiit, unum sint ; an vero alter sit Sina mons, et alter sit Sion mons. Invenimus enim hæc nomina duorum montium esse hebraica : verum latina interpretatio nominum differentium ab invicem, ostendit aliud esse Sina montem, et aliud montem Sion.

II. Hæc est interpretatio de hebraica lingua in latinam. Sina mons interpretatur tentatio æterna et odium ; æque et Sion interpretatur tentatio exacerbationis et speculatio. Vides ergo in hebraica interpretatione non sibi simillare, sed neque esse unum montem, sed potius duos invicem a se differentes

### LECTIONES VARIANTES.

<sup>a</sup> Sunt facta illius *Foss. Mic. Vict.*

<sup>b</sup> Sic *Foss. Mic. Vict. Imp.* Non tam ex.

<sup>c</sup> Spiritu sancto *Foss. Mic. Vict.*

B gratia et honore. Præterea, cum dicat David propheta in Psalmo II, *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, annuntians imperium ejus* ; ecce quatenus montem Sion sanctum designat. Unde manifestum est montem Sion cœlestem esse et spiritalem, et montem Sina esse terrenum. Nihil enim potest quod in terra est, esse sanctum, cum totus mundus mala facta habeat, et a diabolo sit maculatus, dicente Jesu : *Odium me sæculum, et ego odi illud* : quia facta illius sunt mala. Ex quâ re quidquid est in hoc sæculo terreno, sanctum esse non potest.

III. Sion autem <sup>b</sup> montem ex prophætico dicto constat esse sanctum et spiritalem ; in quo monte Spiritus sanctus <sup>c</sup> filius Dei rex constitutus est, annuntians voluntatem et imperium Dei <sup>d</sup> patris sui : et Sina montem terrenum esse in arida terra constitutum, qui est in Syria Palæstina, ubi est terra Judæa, ubi est et civitas <sup>e</sup> illa interfectrix Prophætaram : ante cujus portam Christus a Judæis crucifixus est in horto : quæ civitas dicitur Hierusalem per Esaiam prophetam, spiritaliter vero exeerata et derelicta. Nec immerito, quia et Deus ex eodem monte Sina terreno, per Moysen adhuc in carne terrena primi hominis positum, populo Judæorum terreno et carnali legem a Deo accepit illis tradendam, digitis sacris scriptam in du-

<sup>d</sup> Sic *Foss. Mic. Vict. Imp.* Dei et Patris.

<sup>e</sup> Sic *Foss. Mic. Vict. Imp.* Ubi est civitas.

### VARIORUM NOTÆ.

I. — *Probatio capitulorum.* Multum est atque adeo obscurum hujus libri frontispicium, quod tamen legunt omnes excusi et mss. codd. præter Cambron., qui sic habet : *Quod probatio capitulorum, etc.* Neque ille satisfacit. PAMEL.

*Ipsa Jesu. Cambron. Christo.* PAMEL.

*Secundum Joannem.* Hoc ex cod. Cambron. Marchin. Dunen. et Afflign. ad marginem, cum Morellio, pro eo quod Afflign. in ipso contextu et vet. exc. juxta ; ceteri vero, *secundum.* PAMEL.

*De Sion enim exiit lex.* Etiam hoc cum Morellio ex tribus codd. mss. pro *exiit.* PAMEL.

*Quatenus hoc intelligere debemus.* Adjecimus interrogandi notam cum vet. exc. Grævio et Cæmelio, et cum nulli eam legerent, loco submovimus ubi erat, *Au unum.* PAMEL.

*Verum latina interpretatio.* Manutius, *latina vero.* At illud genuinum est. PAMEL.

II. — *Sina mons interpretatur.* Tamquam verbo passivo auctor noster voce *interpretor* passim utitur ;

D in grammatice non minus quam in theologia hospes. PAMEL.

*In Psalmo II.* Prorsus sic lego, non *primo*, enim etiam Cyprianus supra lih. *Testim.* III, cap. 29. *secundum* nuncupet hunc psalmum, hæc verba citans, non *primum.* PAMEL.

*Et montem Sina.* Adjicio *montem*, ex Cambron. cod. ex eodem repusui illud, *Cum totus mundus mala facta habeat, et a diabolo*, pro eo quod erat, *cum totus mundus propter mala facta a diabolo.* PAMEL.

*Quia et ego illud.* Cambron., omisso *quia*, legit et *ego odi illud* ; neutrum placet, quia longe aliter Evangelista, *Quia ego testimonium perhibeo de illo.* PAMEL.

III. — *Spiritus sanctus filius Dei.* De hæc veterum loquendi formula, vide supra librum, *quod idola non sint dii.* Quare nihil movere debent lectorem, aut ista hunc aut illo similes infra docere. Neque enim ante hæreses de Spiritu sancto exortas, tam caute scripserunt veteres. PAMEL.